Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

HEL

ad me in toto corde uestro · in ieu
no · et fletu · et planctu · et scindite cor
da uestra · et non uestimenta uŕa · Et
convertimini ad dn̄m deum uestrum
quia benignus est · patiens · et multu
te misericordie · et prestabilis sup
malicia · Quis scit · si convertatur · et
ignoscat deus · et relinquat post se
benedictionem · Sacrificium · et liba
men domino deo uestro · Canite
tuba in syon · sanctificate ieunium ·
vocate cetum · congregate ploum
sanctificate ecclesiam · congregate
senes · congregate parvulos · et lac
tentes ubera · Egrediatur sp̄ōs
sus de cubili suo · et sponsa de thala
mo suo · Inter uestibulum · et al
tare ploabunt sacerdotes · et ieu
te ministri domini · et dicent · Par
ce domine parce plo tuo · et ne des
hereditatem tuam in oprobrium
ut dominentur eis nationes · Ne
te eam dicant inpiis · ubi est deus
eorum · Zelatus est dominus ter
ram suam · et pepercit plo suo · et
respondit dominus · et dixit plo
suo · Ecce ego mittam uobis fru
mentum · et vinum · et oleum · et re
plebimini in eis · et non dabo uos ultra
oprobrium in gentibus · et eum qui
ab aquilone est procul faciam a
uobis · et expellam eum in terram
in uia deserta · faciem eius ad
mare orientale · et extremum
eius ad mare novissimum · Et as
cendet fetor eius · et putredo eius
quia superbe egit · Noli timere tra
sed exulta · et letare quia magnifica
vit dominus ut faceret · Nolite ti
mere animalia regionis quia ger
minaverunt deserta speciosa quia
lignum attulit fructum suum ·
ficus · et vinea dederunt virtutem
suam · Et filii syon exultate · et le
tamini in domino deo uŕo · quia de
dit uobis doctorem iustitie · et descen
dere faciet ad uos imbrem matu
tinum · et serotinum sicut a principio
et implebuntur aree frumento · et
redundabunt torcularia vino · et o
leo · Et reddam uobis annos quos
comedit locusta · et bruchus · et rubigo ·
et eruca · fortitudo mea · magna quam
misi in uos · et comedetis uesteres ·
et saturabimini · et laudabitis nomen
domini dei uestri · qui fecit uobiscum
mirabilia · Et non confundetur po
pulus meus in sempiternum · et scietis
quia in medio israel ego sum · Et ego
dominus deus vŕ · et non est amplius ·
Et non confundetur ~~m~~ populus
meus in eternum · Et erit post hoc
effundam de spiritu meo · super om
nem carnem · et prophetabunt filii vŕi
et filie vŕe · Senes uŕi somnia sō
piabunt · et iuvenes uŕi visiones
videbunt · Sed et super servos meos
et ancillas meas in diebus illis ·
effundam de spiritu meo · et dabo pro
digia in celo · et in terra sanguinem
et ignem · et vaporem fumi · Sol con
vertetur in tenebras · et luna in san
guinem · antequam veniat dies do
mini magnus · et horribilis · Et erit
omnis qui invocavit nomen do
mini salvus erit · Quia in monte